Ex his dico ad ꝓpoſituꝫ ꝙ oẽs meth. ſunt. q. ꝑ oẽm modũ ſue quoniã ille tres ꝯditiones ſuitutis inueniunt̃ in eis ⁊ hoc pꝫ ſic quoniã in actionibus iſtarũ artiuꝫ inueniunt̃ multa per accñs ⁊ hoc ꝓꝑ diuerſitatẽ mẽ cui annexe ſunt actiones iſtarũ artiũ. vnde cum actionibꝰ iſtarũ multotiẽs accidit erroꝛ ⁊ deceptio ⁊ hoc ꝓꝑ diuerſitatẽ materie. Iſte ẽt artes ꝑticipant. ſcd̃aꝫ ꝯditionẽ ſuitutis. quoniã actiones iſtaꝝ artiũ non ſunt in ipſis artibꝰ ſꝫ ſunt extra ipãs artes. vñ actiões iſtarũ artiũ non ſunt bonũ in ipſis artibꝰ ſꝫ ſunt bom aliaruꝫ. vñ dicit phũs p° eth. ꝙ in artibꝰ in q̃bꝰ fines ſunt oꝑata alia extra illas artes oꝑata ſunt melioꝛa ipſis artibus. Artes ẽt mechanice ꝯueniũt in tª ꝯditione ſuitutis quoniã artes mechanice ordinant̃ ad vtilitatẽ vite vel ſunt ꝓꝑ neceſſitateꝫ vite ⁊ ſic pꝫ ꝙ artes mechanice ſunt qĩ ꝓꝑ oẽꝫ modũ. q. ſue. tũ qꝛ in actionibꝰ earũ ſunt multa per accñs: tũ quia actio earũ cõia non eſt aliq̃d bonũ in eis ſꝫ extra eas: tũ etiã qꝛ iſte artes mechanice ordinant̃ ad aliud ⁊ bñ dico ꝙ ſunt. q. per oẽm modũ ſue. quoniã bñ poſſibile eſt in eis inuenire aliq̃ ꝯditionẽ libertatiſ. Artes ãt ſpeculatiue que ab iſtis mechanicis quodãmõ ſunt libere ⁊ quodãmodo ſue. artes ei ſpeculatiue alie ab iſta mechanica nõ participãt primã ꝯditioneꝫ ſuitutis. quoniã in actionibꝰ earũ non ſunt multa per accñs: nec in actionibꝰ earũ ꝯuenit erroꝛ ⁊ deceptio per ſe ⁊ rõ huiꝰ eſt. quoniã ipẽ artes ſpeculatiue ſunt de vl̃ibꝰ. Intellectꝰ ãt per ſe nõ decipit̃ in apprehẽſione vl̃ium. vñ dicit cõmentatoꝛ in 2° de anĩa ꝙ ſenſus non decipit̃ circa ꝓpꝛiũ ſenſibile. bñ tñ decipit̃ circa ſenſibile ꝯc. Intellectꝰ aũt totaliter eſt eꝯ°. quoniam intellectꝰ non decipit̃ circa ꝯc. ſꝫ circa ꝓpꝛiũ ⁊ iõ iſte ſpeculatiue hñt oppom ꝑme ꝯditionis ſuitutis artes ẽt ſpeculatiue alie ab iſta mechanica ꝑticipãt oppom ſcd̃e ꝯditionis ſuitutis quoniã actio iſtaruꝫ artiũ que quidẽ actio eſt ꝯſideratio non eſt in alio q̃ ipſe artesˡ imo in eadẽ potentia ⁊ in eadẽ virtute eſt ipã ꝯſideratio ⁊ ipã ſcia ſpeculatiua. cõſideratio. n. eſt in ipſo conſiderãte ⁊ nõ in ipõ cõſiderato ⁊ iõ pꝫ ꝙ ipſe artes ſpeculatiue deficiãt a ꝑmis conditionibꝰ duabus ſuitutis tũ qꝛ in actionibꝰ earũ non contingũt multa per accñs tũ qꝛ actio ⁊ bonũ eaꝝ non eſt bonũ extra eas imo actiones earũ ſunt in ipſis. ſuꝫ in eis in q̃bus ipẽ ſunt ſꝫ conueniũt in tª cõditione ſuitutis. q̃m iſte artes ſpeculatiue alie a meth. ordinant̃ ad iſtã meth. ⁊ ideo quodãmõ libere ſunt quodãmõ ſuitutis rõnem participãt. ¶ Iſta aũt meth. per oẽm modũ participant conditiones appoſitas iſtis qꝛ in actionibꝰ meth. non ꝯueniunt multa per accñs ⁊ actio meth. non eſt extra eã ſicut conſideratio imo actio meth. eſt in eadem virtute in qua eſt ipſa meth. ˡillã conſideratio eſt in cõſideratione. Ipſa etiã meth. deficit a tª conſideratione ſuitutis q̃ñ non ordinantur ad aliquid aliud imo eſt ſuiipſius gratia. ſicut philoſophus in littera dicit.

Et tunc ad rationes pꝫ ſolũ. cũ tu dicis metha. ordinat̃ ad operationẽ. dico ꝙ metha. ordinat̃ ad actionẽ. ſꝫ non ad actionẽ que ſit extra eã ſꝫ ad actionẽ que eſt in ipã meth. ⁊ ꝓꝑ hoc non oꝫ ꝙ ſi ordinet̃ ad operationẽ ꝙ ꝓꝑ hoc ſit ſua. Ad aliud tu dicis ꝙ eſt poſſeſſa ergo non eſt libera. dico ꝙ in rebꝰ per ſe exñtibꝰ ſumitur ratio ſuitutis ⁊ libertatis non ex hoc ꝙ eſt poſſeſſa vel non poſſeſſa. ſꝫ ex hoc ꝙ ordinat̃ ad aliũ vel non ordinat̃ ad aliud ⁊ qꝛ metha. non eſt res. per ſe exiſtens propter hec ratio ſuitutis vel libertatis in metha. non ſumitur ex hoc ꝙ poſſeſſa eſt vel non poſſeſſa ſꝫ ex hoc ſumitur ratio libertatis vel ſuitutis in metha. qꝛ non ordinatur ad aliud. ⁊c̃.

Nec tali aliã honoꝛabilioꝛem opoꝛtet exiſtimare: nam maxime diuina ⁊ maxime honoranda. ⁊c. Tex. xliiii.

¶ Queſtio Uigeſimaſexta

q **Ueritur** vtrũ ſcia. Iſta hẽat regulare alias et ordinare et vr̃ ꝙ nõ quoniã ex hoc dr̃ aliquid regulari qꝛ ꝑt errare ⁊ ex hoc dr̃ aliq̃d errare qꝛ eſt i poª. ergo ex hoc dr̃ aliq̃d regulari qꝛ eſt in poª. Nunc autẽ ita eſt ꝙ poſterius ſe hẽt per additionẽ ad ꝑus. oẽs ãt ſcie particulares poſterioꝛes ſunt reſpectu iſtiꝰ ſcie. ergo vt vr̃ ſe hñt per additionẽ ad iſtã. cũ ergo illud q̃d ſe hꝫ per additionẽ hẽat rationẽ foꝛmalẽ ⁊ per ꝯñs entis in actu vr̃ ꝙ iſta ſcia ſit in poª reſpectu aliaꝝ ſciarum particularium ⁊ ſic regulabit̃ ab illis iſta ⁊ non eꝯ° vt videtur. ¶ ꝑ. q̃ñ aliqua ſcia accipit aliq̃d ab alia ſcia vr̃ ꝙ illa ſcia ſit ꝙ rl̃a illius ſcie que accipit. Nũc ãt ita eſt ꝙ iſta ſcia accipit aliq̃d a phyca. ſ. ꝙ ſint q̃ttuoꝛ cãe ⁊ ꝙ deus magnitudinẽ non hꝫ ergo ⁊c̃.

Ad iſtam q̃õnem poſſumus dr̃e ſic ꝙ iſta ſcia eſt regulans alias ⁊ hoc oꝫ ex tribꝰ Primo rõne ꝑncipioꝝ. Scd̃o rõne eius ad q̃d ordinare. Tertio rõe obiecti q̃d ꝯſiderat iſta ſcia iſta. n. ſcia eſt regulans alias quoniã ꝯſiderat pꝛinª vl̃ia ſcie ãt particulares ꝯſiderant particularia pꝛinª que quidẽ virtualiter inducunt̃ in vl̃eꝫ. vñ ꝑnª particularia fundant̃ in vl̃ibus ⁊ reducunt̃ ad ipã. vñ ⁊ oĩa pꝛinª tam vl̃ia q̃ particularia reducunt̃ ad ipm pꝛinm de quolꝫ affir°. aut negõ ⁊c̃. ſicut dicit Auicẽ. ⁊ Ariſ. in 4° meth. vñ particularia ꝑnª non includunt̃ niſi in virtute ꝑncipioꝝ cõiuꝫ ⁊ ideo cuꝫ iſta ſcia ꝯſiderent ꝑnª cõia ſcie autẽ particulares ꝯſiderẽt pꝛinª particularia que vl̃r includunt̃ in cõibus. pꝫ ꝙ iª ſcientia dꝫ recte regulare alias ꝙ ẽt rõne eius ad ꝙ ordinatur iſta ſciẽtia debeat regulare alias pꝫ. quoniã inter ceteras ſcias magis ꝓpinqua eſt felicitati humane que in iſta vita poſſit acq̃ri ex puris naturalibꝰ ⁊ iõ cum ſit propinquioꝛ felicitati. aliqua alia ſciẽtia ⁊ magis ordinetur ad ipſaꝫ felicitatẽ ꝓpter hoc dꝫ regulare omnes al̃s ſciẽtias. patet etiaꝫ ꝙ iſta ſcia debet regulare alias rõne boni ꝙ cõſiderat q̃ñ enim aliqua ſciẽtia ꝯſiderat ſuppꝛemum bonũ in aliquo genere rõne cuius fiunt oĩa alia in omni genere illa ſcia debet regulare oẽs alias ſcientias ſiue artes que conſiderãt ea que fiunt rõne illius ſupioris ſicut pꝫ de viſuali. viſualis enim regulat nauifactiuã ⁊ dolatiuam ⁊ ſic de alijs cũ ergo iſta ſciẽtia conſideret bonũ ſuppꝛemuꝫ ⁊ optimũ ratione cuius fiunt oĩa alia entia pꝫ ꝙ iſta ſcia debet regulare q̃ alias.

Ad rationes rñdendum eſt ⁊ p°. ad primã cum tu dicis iſta ſciẽtia eſt in potẽtia dico ꝙ iſta ſciẽtia rõne eorum que dꝫ ſcire eſt magis in actu q̃ aliqua particularis. Nam tota ratio

ↄtraria eſt in potentijs ⁊ in habitibus ⁊ ipſis rebus. Nā in rebus q̄to aliqd eſt magis regula vl'e tāto magis eſt ſicut potētiale ⁊ māle ſicut pȝ de aliter al' enim eſt magis potētiale ⁊ māle q̄ ſit ipe hō ſed in virtutibus ⁊ in habitibus eſt totū ecōtrario. ſ. quoniā ſicut dictū eſt pri⁹. q̄to aliqua virtus vel habitus eſt altior ⁊ ſine tāto magis p̄ſa cognitio. ⁊ magis pfecte ⁊ ratio hac poſtea apparebit ⁊ ꝓpter hoc cuȝ inter oēs habitus iſte habit⁹ ſapientibilis ſit altior magis erit in actu reſpectu eorū que cognoſcere tenet̄ ⁊ magis cōplete ea ſciet q̄ aliqua alia ſcīa particularis. ¶ Ad aliud tu dicis accipit aliquid abilia ſcīa vt a phīca ergo erit rᵃ. dico ꝙ accipe aligd ab aliquo hoc pōt eſſe dupl'r vel in regulā vel in obſequiuȝ ⁊ dico ꝙ ſi iſta ſcientia accipiat aligd a phīca hoc non eſt in regula ſed in obſequium propter hoc ⁊c̄.

Amplius autem ſubſtantiā ſubiectaȝ ⁊ materiam magis mathematicā aliquis magis ſuſcipiet ⁊ magis predicari: ⁊c. Tex. i.

¶ Queſtio Uigeſimaſeptima.

q Ueritur vtrū ſubſtantijs competat aliquō ſuſcipere magis ⁊ minus ⁊ vī ꝙ non quoniā forme ſuſcipientes magis ⁊ minus intendunt̄ ⁊ remittunt̄ ſed in tenſione ⁊ remiſſione forme cōſiderātur vt quidā motus ex hoc eni forma intendit̄ ⁊ remittitur inq̄tum ſucceſſiue tendit ad eſſe completū ⁊ incōpletuȝ ⁊ q̄r ſucceſſio nō eſt ſine motu. vbicūq; ergo talia inueniūtur ⁊ reperiant̄ ibi eſt inuenire nām rōnē motus ſȝ cum in ſb̄a non ſit motus vt ꝓbatur 5ᵒ phi' intenſio ⁊ remiſſio in formis ſb̄alibus repiri non poterūt ergo ⁊c̄. ꝑ. ſm phm. in predicamentis ſubſtātijs non cōpetit ſuſcipere magis ⁊ min⁹ ergo ⁊c̄. ¶ Notandū igr̄ ꝙ magis ⁊ minus cōparationeȝ īportant. quotienſcūq; aūt aliqua comparant̄ ad inuicem reſpectu alicuius vnius cōparant̄: ſicut ergo in formis inuenit̄ veritas ſic meis compatio eſſe pt̄ ⁊ q̄r nā vnitas nō reperit̄ niſi in ſpē ſpecialiſſima quecūq; ſunt ꝓprie comparabilia ſūt talia ſm vnā formā ſpecificam. iō probatur 7ᵒ. phi'. nō eſſe cōparabilia niſi que ſunt eiuſdeȝ ſpēi. ſed lȝ ꝓprie vnitas ſit in ſpē ſpāliſſima. aliqua tñ vnitas eſt in forma generis ⁊ in his que per anologiā dr̄ ⁊ ſicut ē in eis aliqualis vnitas ita ⁊ in eis eſt aliq̄lis compatio: eſt ergo ꝓprie compatio ſm formam ſpecificā large tñ ⁊ ſȝ genus ⁊ ſm anologuȝ cōparatio ſum pōt hoc viſo querē vtrū in ſubſtātijs reperiat̄ magis ⁊ minus ꝓprie ⁊ vt reſpicit eandeȝ formā ſpecificam aut large ſm ꝙ hēt eſſe in genere ⁊ in anologo: ſic duo ſunt declarāda igr̄ pmo ꝙ in ſubſtātijs non repitur magis ⁊ minus ꝓprie. ſcd̄o ꝙ reperit̄ hoc in eis large. primuȝ ſic oñditur. Nam ſi ſm formā ſpecificam reperiret̄ in ſubſtātijs magis ⁊ minus vel h̄ eſſet ſm gradū eſſentia vel ſm gradum ipſius eſſe ſm gradum eſſentie nō. Nam cū eſſentia ptineat ad diffinitionē q̄r diffinitio eſt ſmo exp̄ſſiuus qdditatis ⁊ eſſentie per variationē cuiuſlȝ talis gradus variaret̄ diffinitio rei ⁊ per ꝯñs variaretur nā ⁊ ſpecies eius. iſti āt ſunt illi gradus de quibus loquit̄ phūs 8ᵒ. meth. ait ſic ꝙ forme ⁊ diffinitiones ſunt ſicut nūeri. Nam ſicut qualibȝ veritate addita vel re mota a nūero. variatur ſpecies numeri. ita quolȝ tali gradu addito vl' re moto a te variat̄ ſpecies rei. ergo ſm gradū eſſentie nō poterit eſſe cōparatio ſm magis ⁊ minus in eadem ſpecie cum variatio talium gradūū ſemp inducat variationē ſpecificam. Si vero dicatur taleȝ comparationē attendi ſm gradū ipſius eſſe ⁊ ſm gradum eſſentie. hoc etiā ſtare non pōt. Naȝ cū nos loquamur de formis ſubſtātialibus ſm quas dat̄ eſſe ſpecificā nō poterit eſſe variatio in tali eſſe niſi tollat̄ eſſe ſpecificam ⁊ ſpecies ſȝ variata ſpē non vlterius eſt cōparatio proprie loquēdo vt reſpicit eandē formam ⁊ ſpecificaȝ. ¶ Q̄ð aūt ſm formam generis ⁊ ſm anologiam quandam reperiat̄ magis ⁊ minus in ſubſtātijs hoc non ſolū eſt incōueniens imo neceſſariū. Nam cū oīa ſint eſſentialiter a pᵃ ente quecūq; eſſentialiter differūt ſm quandaȝ eſſentialem anologiam hn̄t ordinē ad primum ens ſicut enim vniri qui ab vnitate ꝓcedunt ordinate ab vnitate diſtant ita ꝙ nō ſūt numeri diuinaꝝ ſpecieruȝ equaliter ab vnitate diſtantes ⁊ in q̄bus equales vnitates reperiantur ita ꝙ oīa entia ſunt a pmo ente ꝓducta ⁊ ſunt. q. quidam numeri ⁊ quedā compoſitiones reſpectu primi imo reperitur oīs ſimplicitas opȝ h⁹ producta ſm quandā anologiam diſtare a pmo ente: ⁊ q̄r vt ab eo diſtant ⁊ vt ad ipm ordinantur ſic reperit̄ in eis ratio bonitatis ⁊ entitatis: entitas in rebus vniuoce repiri non pōt ſȝ anologice immo non erūt due ſpecies eſſentialiter differētes in quibus equaliter repiatur entitas cum vt dicit phūs 8ᵒ. methaphiſice. ſpecies ſunt ſicut numeri in q̄bus ſȝ diuerſas ſpecies que magis diſtabit a pmo ente erit magis iperfectior ⁊ minus hēbit de entitate. Eſt igit̄ ſubſtātia magis ſb̄a vna q̄ altera ſm ꝙ eſt perfectior ⁊ plus participat de entitate primi pncipijs ⁊ ſi in eodē genere reperit̄ hic ordo ⁊ h̄ compatio ſm magis ⁊ minus non eſt dubium ꝙ in anologo repitur. cum vnitas anologie ſit amplior veritate generis ⁊ aliqua vniant̄ in anologo que in genere vniri non pñt. hoc autē in ſpeciali ſic declarātur. ſb̄a enī eſt anologum ⁊ eſt genus ut aūt eſt anologum predicatur de pncipijs ſubſtātie vt de materia ⁊ forma. vt aūt eſt genus preter de ipſis compoſitis. Cū enim dn̄is materiam eſſe ſb̄am ⁊ formam eſſe ſb̄am. ſb̄a que dicitur de vtroq; non pōt eſſe ſb̄a que eſt genus quia ea de quibus preter gen⁹ eſſentialiter ſunt in genere directe. Materia autē ⁊ forma non ſunt in genere directe ⁊ per ſe ⁊ ſm rectam lineaȝ p̄dicamentalē ſed per reductionē ⁊ ſicut principia vtrum aūt ſint pncipia in toto genere ſb̄e vel nō ad propoſitum nō ſpectat: ſufficit autem ꝙ ſint principia ſb̄e ſenſibilis de qua intēdimus perſcrutari ⁊ propter q̄ qō eſt introducta: forma autē eſt magis ſb̄a q̄ materia cum materia maxime diſtet a pmo ente ⁊ ſic omnino. q. proprie nihil videt̄ enim eſſe meᵐ iter nihil ⁊ aliquid vt innuit cōmentator pᵒ phiſi' igitur in ſb̄a vt eſt anologum reperitur magis ⁊ minus ex quo forme plus habet uel participat de entitate q̄ materia ⁊ ſicut in ſb̄a reperitur magis ⁊ minus ſic mea reperiunt̄ talia vt eſt genus ꝙ triplici uia venari poſſumus. pmo ex intētione nāe ſcd̄o ex victoria forme ⁊ tūc ex perfectione ſpēi. Ex intentiōe nature accipit̄ magis ⁊ minus in ſubſtātijs ſȝ eſſe completum ⁊ incompletū in uia generationis ⁊ ſic al' eſt magis ens q̄ embrio q̄r intētio nature nō finitur in embrione ſed in al'i nec eſt perfecta generatio cum peruenit ad embrionē ſed cum peruenitur ad al'. 2ᵒ magis ⁊ minus reperitur ex victoria forme in eīs. Nam tūc forma hēt victoriam ſuper materiā cum eam extēdit ⁊ in re facit. Si ergo forma eſt magis ens q̄ materia formalia ⁊ mā ſunt: magis entia q̄ materialia ⁊ magis ſb̄a ⁊ iſta ita mō ignis eſt magis ſb̄a q̄ terra: magis autē ex perfecte ſpēi reperitur in rebus mixtis in quibus vltimo ⁊ nature terminaret generationis actus. Nam ⁊ cū peruentū eſt ad aſinū ceſſat generatio ⁊ etiā cum peruenitur ad leonem ceſſet: tū q̄r in leone perfectius reſeruat̄ ratio aīalis ⁊ dignitas ſpecifica q̄ in aſino ⁊ in ali perfecto. ſ. q̄ iperfecto ⁊ aīalia perfecta ſunt magis entia q̄ aīalia imperfecta ⁊ ēt magis ſubſtātia ⁊ q̄r omnis ſb̄a generalis ⁊ corruptibilis q̄r propter tali introducta eſt quo ſit elemētum vel elementatū ⁊ ſi eſt elementatū: vel ad ipſum terminetur vltimo itētio nature ⁊ generatio vt ad al' vel eī vt ad embrionem et q̄r in omnibus iſtis oſtēſum eſt quomō accipitur magis et magis et minus vt ſpectat ad propoſituȝ de qōne eſt ſufficienter dcm̄. Aduertendum tñ ꝙ ſicut in ſubſtātijs generabilibus et corruptibilibus reperit̄ magis et minus ſic in incorruptibilibus repiri hēt cum incorruptibiles ſubſtātie nō equaliter diſtent a pmo ente. ſed qualiter hoc ſit alibi hēbit locum appoſita auteȝ non ſunt difficilia. cuȝ circa dicit̄ ꝙ ſi in ſubſtātia eſſet magis et minus eſſet in ea motus. dōȝ ꝙ accipitur magis et minus proprie prout dicit intenſionē et remiſſionem ineſſe manente eadē forma ſpecifica in quibus oſtendimus nō

conuenire. ¶ Ad ſ aũt ſcdo addebatur pbm dĩe non cõpetere ſubijs ſuſcipe magis ꝛ minus intelligendũ ẽ ꝑpe ꝑut reſpiciunt formaz ſpecificã: ſed ſi accipiatur large ꝛ minus large vt reſpiciunt genus ꝛ anologum competere eis põt: vt oñſum eſt ꝛc̃. ¶ Ulterius dõm ẽ aliqs vtrũ ex ꝑte agentium per narietatẽ ꝓbari poſſit eãdẽ etiã vnũ eẽ. Videt̃ autez ꝙ ſic: commẽtator aũt adducit 8°. rõnes oſtendentes ꝙ auctoritate diuina eterna ꝛ antiqua nõ poteſt ꝓcedere immediate effectus nouus. ¶ Prima talis eſt: omne agens ſiue ꝓpter voluntatem ſiue aliter ſi nũc ꝛ prius non agebat aliqua ꝓportio fcã eſt inter ipſum ꝛ effectum. Sed hui⁹ ꝓportio non põt fieri niſi per motuz precedentem ergo ꝛc̃. ¶ Scdã talis agens ſi ſit per voluntatem ſi non agit aliqd ꝛ pri⁹ non agebat. opꝫ ipꝫ apprehendere diuerſa tꝑa vnum in quo agat ꝛ aliud ĩ quo non agat: ſed diuerſitas tẽporũ non eſt ſine motu q̃re oĩs talis actio fit immediate trãſmutatione ꝛ motu: nihil ergo nouum põt ꝓcedere a voluntate eterna niſi mediante motu ergo ꝛc̃. ¶ Tertia talis. ſicut ſe hẽt voluntas noua ad actionem antiquã. ſic ſe habet voluntas antiq̃ ad actionem nouam. Sed voluntas noua non ẽ ꝓpa cã actiõis antiq̃. ergo voluntas antiqua non ẽ ĩmediata cã actõis noue. nihil ergo nouum hẽt ĩmediate ꝓcedere a voluntate eterna ergo ꝛc̃. ¶ Quarta talis. u°. auctoritate antiqua nõ ꝓceditad nouum niſi mediante actione noua. Naz ſi voluntas antiqua nihil aliud requireret ad hoc ꝙ eẽt ſuum volitum: ſtatim ſuum eẽ ſequeretur ſuum volitum. ergo voluntati antique reſpondet volitum antiquũ. Si ergo ei debeat reſpondere effectus nouus ꝛ volitum nouum. opꝫ ꝙ ibi aliqd aliud ſuperueniat vl̃ tranſitus noua mediante qua producatur effectus nouus a voluntate. ergo eterna non niſi mediante motu aliquid nouum procedere poteſt. ¶ Quinta talis dicit ſe hẽre duo fundamenta quibus vt ait nullus poteſt contradicere per rationem ĩtrinſecam: ſed ſi contradicit h̃ eſt per rationem extraneaz vt in rõnabilem primũ fundamentũ tale. ꝙ ſi volũtas antiqua aliquid non producit prius ꝙ producit poſtea aliquid deficiebat ei prius propter ꝙ non producebat quia ſaltem deficiebat tꝑs id quo volebat producere. ſcdꝫ fundamentum eſt quia huius voluntas antiqua ſi produceret effectum nouũ vel ſimul cum eo producit tẽpus vel non ꝙ ſi ſic cuꝫ tempus non ſit ſine motu. ergo tale nouũ fit mediãte motu. Si vero non producit ſimul cũ eo tempus tunc reuertitur queſtio ſuꝑ nos loquentes quia nihil producitur de nouo niſi approbaretur ei aliquod tẽpus in quo producatur. Si igitur tempus ẽ nouum tũc illud tꝑs indigebit aliquo tempore: ꝛ quia tẽpus non eſt ſine motu quicquid dicatur auctoritate antiqua non poteſt procedere aliquod nouum niſi mediante motu. ¶ Sexta talis eſt in habentibus ordinem per accidens non eſt inconueniens infinita eſſe pertranſita: vt hunc hoĩem proceſſerũt infiniti patres ſꝫ h̃ eſt per accidens: quia accidit iſti ꝙ ſit ex infinitis patribus. In habentib⁹ vero ordinem per ſe inconueniens eſt infinita eſſe pertranſita anteq̃ꝫ aliquid nouuꝫ producatur quia inter eternũ ꝛ temporale eſt infinita diſtantia. Rurſus opꝫ talia ĩfinita eſſe tranſita per ſe quia effectus immediatus per ſe habet ordinem ad ſuaz cauſam. Si ergo a voluntate antiqua immediate producat̃ aliqd nouum. opꝫ infinita eſſe pertranſita ꝙ ẽ incõueniens. ¶ Septima talis volũtas eterna ſemꝑ ſe hꝫ eodẽ mõ: vel ergo ſemꝑ producit: vel nunq̃ꝫ producit nihil ſi aliqñ producit vel non producit aliqñ: ſed h̃ eſt mediãte tranſmutatione ꝛ motu. g°. ꝛc̃. ¶ Octaua talis: ſi ab aliq̃ voluntate plus non ꝓducebat̃ aliqd ꝛ poſtea ꝓducitur aliquid. ergo aliquid deficiebat in volito q̃re tunc nõ ꝓducebat̃ indiget. ergo h⁹ voluntas aliqua vlteriori cauſa ſupplente talem defectũ. ſi ergo a voluntate diuina non ꝓceſſiſſent entia eternalit̃ indigẽt vlteriori cã ꝙ ẽ icõueniens. ¶ Dicẽdũ ꝙ tota difficultas q̃õnis ꝑmiſſe ẽ quo a voluntate eterna non mutata põt ꝓgredi tꝑalis effect⁹. ¶ Sciendũ igit̃ ꝙ volũtas eſt quedã inclinatio ſequẽs formam apprehenſam ſicut grauitas vel pondus quedã eſt inclinatio conſequens formam nãlem ſic ergo de inclinatione ad locum legendum eſt ſm formam nãlez. vt aliqua habent plus vel minus de forma grauis vl̃ d̃ forma naturalis hẽat plus vel minus de h⁹i inclinatione ſic quia inclinatio per appetitum ſequitur formam apprehẽſam ſiue intellectu ſic loquendum ẽ de voluntate ſicut loquitur de intellectu. dubitare ergo vtrum voluntas antiqua poſſit aliquis velle rem temporalẽ. eſt dubitare vtꝝ intellectu antiquo poſſit quis ĩtelligere aliquid tꝑale. Videmus enim ꝙ artifex per ſuum intellectũ cognoſcit rez quã factur⁹ eſt ita ꝙ intellectus artificis precedit h⁹ artificiale. ſic etiam voluntas artificis poteſt velle rez q̃ꝫ facturus eſt loquendo ergo de ſcia vt eſt cauſa reruꝫ nõ eſt inconueniens hmõi ſcientia precedere ſua cauſata: immo quia nullus negaret quin deus intellectu eterno poſſit intelligere hmõi temporalia. Nullus negare dꝫ quin deus voluntate eterna vt conuenĩeter ponitur velle poſſit hui⁹ temporalia ꝛ quia vt aliquid eſt a deo volituꝫ ſic ineſſe producitur ſi voluntate eterna eſt a deo volitum aliquid temporale voluntate eterna a deo cauſatur ꝛ ꝓducitur aliquid temporale. Si enim nos ipi hodie vellemus facere aliquid ẽtas ſi ſemper perſiſteremus in tali voluntate actus faceremus illud voluntas hodierna non mutata fient cauſa effectus craſtini. ſic quia deus ab eterno voluntate ꝛ diſpoſuit facere res in tempore cum voluntas ſua non fuerit mutata. opꝫ ꝙ per voluntatem illã eternam non mutatam fiant res temporales. ¶ Ad ſ vo obijcit̃ ꝙ ſi non fuerit effectus ꝛ prius non fiebant eſt aliqua ꝓportio inter effectum ꝛ cauſam que prius nõ erat. ¶ Dicendum ꝙ inter deum ꝛ creaturam non põt eſſe ꝓportio cõmenſurationis: ſed proportio ordinis quãdo ergo fuit inſtans illud in quo ordinauerit deus ſe facturꝫ res tunc habuit eſſe illa ꝓportio ꝛ tunc res fecit cum illa ꝓportio noua ꝛ ordo ille nouus non habuit eẽ per motũ precedentem. quia ſicut naturas nouas deus poteſt facere abſqꝫ motu precedente ſic nouus ordo ꝛ noua relatio rerum ad dñm conſurgere poteſt abſqꝫ motu alic̃ precedente. ¶ Ad ſ vero addebat̃ ſo ꝙ ſi aliquis fecit aliquid in hoc tꝑe ꝛ non in priori oportuit ipſum apprehendere tempus in quo fecit ꝛ in quo non fecit: ꝛ quia temp⁹ nõ eſt ſine motu. oꝫ ꝙ factionem rerum nouam precedit aliquis motus. ¶ Dicendũ ꝙ cetera talia argumenta ſunt ſophiſtica. Nam tempore ꝙ precedit factionem rerum non fuit tempus verum. ſed imaginatum. Si ergo volumus ex hoc arguere ꝙ factionem mundi preceſſit mot⁹ non plus arguimus niſi ꝙ preceſſit motus vaginatus ꝛ ꝙ preceſſit vaginatum mobile ꝛ ꝙ fuit mundus imaginat⁹: nihil. n. reale ꝑceſſit factionẽ mũdi niſi de⁹. imo oẽs h⁹ rões eẽ ſophiſticas deleui pꝫ. Nã ſic de⁹ fecit mũduz in hoc tempore ꝛ non in alio: ita fec̃ ipꝫ ĩ hoc loco ꝛ nõ ĩ alio: ſicut ergo alius locus ab hoc loco in quo eſt mũdus non eſt niſi imaginatus: ſic aliud tempus ab h̃ tꝑe in quo factus eſt mundus non fuit niſi imaginatur. ¶ Ad ſ vero 3° addebatur ꝙ a voluntate non poteſt procedere effect⁹ antiquus. ergo a voluntate antiqua non poteſt procedere effectus nouus. ¶ Dicendum ꝙ non eſt ſimile. quia cauſa debet precedere ſuum effectum cum voluntas noua non precedat effectum antiquum ſed ſit poſterior eo. Voluntas antiqua autem precedat effectum nouum non valet ꝙ ſi voluntas noua non põt eẽ cauſa effectus antiq ꝙ voluntas antiqua non poſſit eſſe cauſa effectus noui ꝛ ſi dicatur ꝙ cum cauſa poſita voluntate eterna non ponitur effect⁹ niſi etern⁹ dici dꝫ ꝙ poſita cã nõ ponit̃ effect⁹ niſi vt ẽ effect⁹ res ãt ſũt effect⁹ ꝑmi vt ſũt ab eo volite ꝛ qñ ſunt ab eo volite. iõ tunc factus ẽ mũdus. ꝛ ſic factus eſt mundus quando deus voluit ꝛ vt voluit. ¶ Ad ſ vero 4° addebatur ꝙ a volũtate antiqua nõ precedit effect⁹ nouus niſi tranſmutãte tranſmutatione noua. ſolutum eſt per iam dicta. Naz vt patet deus nõ agit mediante trãſmutatõe ꝛ motu nec oportet ꝙ poſita volũtate eterna ſit effectus eternus qꝛ vt dicebat̃ effectus nõ procedit a ſua cauſa niſi vt eſt effect⁹ ꝛ a volũtate cã q̃ꝫ a ſua cã propria

non procedit effectus niſi vt eſt uolitus ⁊ qn̄do eſt uoli
tus ꝓpter ꝙ ſi de⁹ volūtate eterna voluit res fieri in tp̄e
a volūtate eterna abſq; tranſmutatōe alia precedēte facte
ſunt res temporales. ¶ Qð vero 5°. addebatur q2 dice
bat ſe accipere duo fundamēta quibus per rōnem rectaȝ
qua dici nō poterat. ¶ Dicendū ꝙ licet locutio ſit in pro
pria cum dicit̄ ꝙ cauſa nō faciens aliquid ⁊ poſtea faci/
ens deficit ei aliquid q2 reficit ei tempus in quo vult fa/
cere illud q2 dō nihil deficit. tn̄ q̄tum ad hoc verum eſt
ꝙ deus nō fecit mundū niſi in tempore in quo diſpoſuit
deus enim ſimul fecit mūdū ⁊ tempus. Sed ꝙ per ſcḋm
fundamentum addebatur q2 ſi tempus eſt ſimul factum
cum mūdo ergo tempus indiguit tempoꝝ in quo fieret.
¶ Dicendū ꝙ ſicut ſimul deus faciendo locatū fecit lo/
cum ⁊ locus factus nō indiguit loco niſi imaginatio ⁊ an̄
factionem corꝑm non preceſſit locus niſi imaginatus ſic an
te factionem temporis non preceſſit tēpus niſi imaginatū
⁊ tempus nō fuit factum niſi in tēpore imaginato. deus
enim fecit munduȝ in aliquo inſtāti in quo inſtanti ſimul
incepit mundus ⁊ tēpus quicquid vero fuit ante illis ali
qui inſtans totum fuit imaginatū. ¶ Qð vero 6°. adde/
batur ꝙ ſi deus fecit mundū in tp̄e an̄ factionem mundi
preceſſerūt infinita ſpacia ⁊ ꝙ deus imediate ⁊ per ſe po
nitur cā mundi ⁊ quicquid eſt inter cām imediatā ⁊ pro
pinquā totum eſt per ſe. per ſe ergo ſunt per trāſita infini
ta ſpacia quia infinitum ſpaciū fuit inter deū eternum ⁊
mundum temporalem. ¶ Dicendū ꝙ incōueniens eſt
eſſe per tranſita infinita per ſe lȝ forte non ſit incōueniens
eſſe per trāſita per accidens. ſi hoc veꝝ eſt ꝙ cōmentator
ait. non tn̄ verum eſt ꝙ ſi mundus ſit factus in tēpore ꝙ
preceſſit ſpaciū nec finitum nec infinitū. Nam factionem
mundi nō preceſſit niſi eternitas que eſt aliq̄d indiuiſibi/
le ⁊ nullum ſpaciū nominat ſi autem preceſſit aliqð ſpa/
cium vel aliquid tēpore hoc fuit imaginatū. Nam ſicut
extra celum eſt infinituȝ ſpaciū locale imaginatum ſic an
te mundum fuit imaginatum ſpacium tēporale imagina
tum. ¶ Qð vero 7°. addebatur ꝙ cum deus ſemper eo
dem mō ſe habeat ab eterno fecit quicquid fecit. ¶ Di/
cendum ꝙ ſi deus non poſſet abſq; trāſmutatione ⁊ mo
tu aliquid nouū facere valeret ratio ſed cum oſtenſuȝ ſit
ſupra ꝙ non precedēte tranſmutatione in deo faciēte. nec
in rebus factis deus produxit res ineſſe licet deus ſemꝑ
ſe eodem modo habeat poteſt res nouas tēporales pro/
ducere. ¶ Qð vero 8°. addebatur ꝙ ſi deus prius non
fecit mundū ⁊ poſtea fecit aliquid defecit ipſi rei facte ⁊
indigebat vlteriori cauſa defectū. ¶ Dicendum ꝙ ſi de/
us prius non fecit mundū ⁊ poſtea fecit hoc nō fuit pro/
pter aliquē defectum ſed q2 ſic voluit ⁊ ordinauit ſic per
ſapientiam ſuam. ⁊ hec contra eternitatem mundi ſuffi/
ciant. etcetera. ¶ Explicit liber p̄m⁹ meth.

De veritate quidem theorica ſic quidē dif ficilis eſt ſic vero facilis. Signum autem nec digne nullum adipiſci ipſaȝ poſſe: nec omnes fallere: etcetera. Tex. i.

¶ Secundus liber methaphiſice. Queſtio prima.

D E veritate autem theorica. Que/
ritur vtrum veritas ſit
poſſibilis ⁊ videt̄ ꝙ non dicit enim Boetius
ꝙ veritas eſt adequatio rerum ad intellectuȝ
ſed impoſſibile ē vt probabo intellectū noſtrum adequa
ri ipſis rebus. g° īpoſſibile eſt eſſe veritatē. probatio in/
tellectus nr̄ eſt in materialiter res auteȝ ſunt materiales
ſed in materiale non pōt adequari materialiter ergo ⁊c̄.
¶ P̄. dicit phūs in libro ce. ⁊ mū. ꝙ ſi vnum contrario
rum fuerit in natura ⁊ reliquū ergo a deſtructione cōſe/
quentis. ſi vnum contrariorū non fuerit in vna natura re
liquum. ſed falſum eſt cōtrarium vero. ⁊ falſum non eſt
quoniā dicit phūs in libro poſterioꝝ. ꝙ falſuȝ non ſcitur
quoniā falſum non eſt ergo nec uerum. ¶ P̄. ueritas eſt
de numero entiū apud animam ſed que ſunt a pª animā
magis ſunt non entia q̄ȝ entia ergo veritas non eſt. ¶ Ad
oppoſitum rn̄ſio ueritas eſt finis ſcientiarum ſpeculatiua
rum ſicut dicitur in 2° huius. ſȝ magis videtur eſſe illud
ꝙ eſt finis q̄ȝ ea quoꝝ illud finis ſed ſcīe ſpeculatiue ſunt
ea quoꝝ finis eſt ueritas ergo ⁊c̄.

Ad iſtam qōnem dico ꝙ ueritas eſt ⁊ hoc pōt
patere ex tribus p° ex manifeſtatiōe
2°. ex propoſitionib⁹. 3°. ex principijs. ꝙ auteȝ ueritas ſit
hoc pȝ p°. ex manifeſtatione. de rōne enī ueritatis eſt ꝙ
ſit manifeſtatione dicit phūs ꝙ uerum eſt manifeſtatiuū
ſuiipſius ⁊ ideo cum nihil manifeſtetur alteri niſi per ali
qð ueꝝ ⁊ multa ſunt ī manifeſtata que manifeſtari poſſȝ
ip̄m ꝙ eſt ueritas q2 niſi eſſet ueritas nō poſſet aliq̄d ma
nifeſtari alteri ⁊ hoc eſt falſum ⁊ ideo pȝ ꝙ ueritas eſt.
¶ Qð autem ueritas ſit hoc patet 2° ex propoſitionibus
quoniā ego nūero vtrū iª ſit uera aut nō nulla ueritas eſt
ſi eſt falſa ergo ꝯdictoria ſua eſt uera. ſ. ꝙ aliqua ueritas ē
ſi. nō ſit falſa ſȝ uera. tunc hēo propoſitum. ſ. ꝙ aliqua ue
ritas eſt. ſ. ueritas iſtius ꝓpoſitionis q̄ȝ tu ꝯcedis. ſȝ ſi eſt
aliqua ueritas ergo eſt ueritas nec eſt ibi falſa ſcḋm quid ⁊
ſimpl'r. ſȝ ſi tu dicis īmo q2 ꝯcludit ꝙ ſit ueritas ſcḋȝ quid.
¶ Tunc dōm ꝙ ſcḋm quid reducitis ad ſimpl'r ſicut per
accn̄s ad per ſe ⁊ iō ſi eſt dare ueritatē ſcḋm quid eſt dare
ueritatem ſimpl'r. ¶ Qð aūt ſit ueritas hoc pȝ 3. ex prin
cipijs qm̄ ſi nō eſſet ueritas ſequeret̄ ꝙ altera pars ꝯdi/
ctionis nō eſſet vera ⁊ tunc non eſſet de quolȝ affirº aut
negō uā. cum ergo illud prinᵐ ſit uerum ⁊ per illud pᵐ
habeant veritatem oīa aĺia prinª ſicut Ariſ. ⁊ Auicē. dn̄t
pȝ ꝙ ſit veritas. tū eniȝ ex manifeſtatione tū ex p̄te ꝓpō
num tū ēt ex parte principioꝝ ſicut viſuȝ eſt. Sed ad ītel
ligentiā h⁹ qōis ⁊ diſſolutionis rōneȝ eſt ītelligenduȝ ꝙ
de nūero eoꝝ que ſunt entia aīe. quedā ſunt que non hn̄t
aliq̄d in re extra corrn̄dens eis ⁊ talia entia aīe vel apud
aīaȝ non hn̄tia aliq̄d cōi rn̄dens extra dn̄r figmenta ſicut
ē tragelaſus ⁊ yrcoceru⁹ ⁊ chymera ⁊ ſic de alijs. alia ſūt
entia apud aīaȝ que quidē hn̄t aliq̄d corrn̄dens ſibi in re
extra ſiue que ſunt ſiītudines apud aīaȝ ipſaꝝ reꝝ exn̄tiū
extra aīam ⁊ talia entia nō dn̄r eſſe figmenta ⁊ talia hn̄t
eſſe intētionale ⁊ nō reale. Sunt āt quedā alia entia apð
aīam que nō hn̄t eſſe intētionale ſȝ reale hn̄t eſſe apð aīaȝ
⁊ entia que ſic hn̄t eſſe apð aīaȝ per ſe reale reducunt̄ ſcḋȝ
phm̄ ad tria gnā q2 an̄ ſunt paſſiones aut hītus. aut poᶜ.
veritas aūt nō hēt eſſe intētionale apud aīaȝ ſȝ reale ⁊ iō
oȝ ꝙ veritas ſit. aut hītus aut pa° aut poª. veritas auteȝ
nō eſt nec pa° nec poª. ꝙ veritas nō ſit pa°. pȝ qm̄ veri
tas eſt ſcḋm intellectū ⁊ eſt in ip̄o ītellectu. ſicut patebit. cū
ergo paſſiones nō ſint in intellectu. ſȝ ſcḋm ſenſuȝ pȝ ꝙ ve
ritas nō eſt poᶜ ꝙ ꝑ veritas nō ſit poª h̄ appꝫ qm̄ poᶜ in
ſunt nobis a nā ſicut dicit phs in moral'. potētes ſum⁹ nā
⁊c̄. ſȝ veritas nō ineſt nobis a nā. ſȝ eā acq̄rimus g° ⁊c̄.
veritas ergo reducit̄ ad g⁹ hītus ita ꝙ veritas eſt quidā
hītus qui cāt̄ in aīa ex hoc ꝙ ītellectus ſcḋȝ debitos mōs
intelligēdi ⁊ debitos mōs eſſendi ꝯfert intētionē ītētioni
aut intētionē rei aut rē rei. qual'r āt veritas eſt ſit hīt⁹ dif
ferat a ſcīa que eſt hītus cuȝ ēt ipſius ſcīe ſpeculatiue eſt
finis veritas illud poſtea apparebit.

Ad rationes reſpondendum eſt. ad pri/
mum cum tu dicis ītellect⁹
non poteſt adequari ipſis rebus cū ſint mālēs ītellect⁹ āt
in mālis. Immālis aūt ad māle nulla eſt adeq̄tio. dō ꝙ
intellectū adeq̄ri hoc p̄t eſſe dupl'r aut ſcḋȝ cōmēſurationē
aut ſcḋȝ ſiītudineȝ d° ꝙ ītellect⁹ nō p̄t adequari ipſis reb⁹
ſcḋm cōmenſurationē. cū intellect⁹ nō ſit q̄tus ⁊ res ſint q̄ȝ
te ⁊ adeq̄tio talis nō requirit̄ ad hoc ꝙ ītellectus hāc ve
ritatē ſȝ intellect⁹ p̄t adequari ipſis reb⁹ adequationē q̄ eſt
per ſiītudinē ⁊ talis adequatio ſufficit ad hoc ꝙ ītellect⁹
hanc veritatē. ¶ Ad aliud ſi unū ſuperioꝝ nō fuerit in nā
nec reliquū dico ꝙ falſuȝ v° nō ē ꝓprie ꝯtrīū ſȝ po⁹ oppō
enim priuatiue ⁊ ſicut priuatio eius. ¶ Ad aliud tu di/
cis veritas eſt ens apud animaȝ d°. ꝙ illa que ſunt entia
apud animā que non habet aliquā rem ſibi extra corres/

pondentē.talia dr̄r magis eſſe non entia ꝙ̃ entia veritas
autē non eſt de numero talium entium ſed hz eſſe reale
apud animam quia eſt habitus ipſius anime ſicut viſum
eſt per hoc.etcetera.

¶ Queſtio Secunda.

q Queritur dato ꝙ ſit veritas ſicut vi-
ſum eſt.vtrū veritas in ip
ſo intellectu hēat eſſe ⁊ videt̄ ꝙ non quoniam
propter vnumqōqz tale ⁊ illud magis. ſz res
ſunt cā veritatis ipſius ītellectus ergo res ſunt magis nē
ꝙ̃ ītellectus ergo ⁊c̄. ¶ P̄.ſicut dicit philoſophus in lit
tera res ſunt eiuſdē diſpoſitionis in ſua veritate et in ſua
entitate ſz res extra animā ſunt magis entes ꝙ̃ apud ani-
mam ergo.etc̄. ¶ Ad opm.eſt phūs 6°.huius.

Ad iſtam queſtionē dico ꝙ veritas ſicut acci-
pimus hic veritatē pro adequatio-
ne eſt in ipſo ītellectu et ratio huius eſt quoniā ſicut dicit
in ſcdo huius phūs finis ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt
veritas finis autem praticarū eſt opus ſi ergo veritas eſt
finis ſcientiarū ſpeculatiuarum et ſcientie ſpeculatiue nō
habent ſuum finem extra eas.ſed finis ſcientiarū ſpecula
tiuarum eſt in eodem in quo ſunt ipſe ſciētie ſpeculatiue.
cum ſciētie ſpeculatiue ſint in ipſo intellectu veritas ente
in ipſo intellectu.cum ſit finis ſcientiaruz ſpeculatiuam.
Sed qualiter ueritas ſit in ipſo ītellectu hoc eſt ſatis dif
ficile.Sine dubio quidam dixerūt ꝙ veritas eſt in ipſo
intellectu et hoc propter iſtam viam.dicit enim phūs in
primo de anima ꝙ duo ſunt motus. Quidā eniz eſt mo
tus rei ad animam et iſte motus fit in cognoſcendo et in
telligendo quādo enim anima cognoſcit et intelligit tunc
res mouēt ſenſus et ſenſus mouent imaginationē et ima
ginatio mouet intellectū.Eſt autem alius motus qui eſt
anime ad res ipſas et iſte motus fit in appetendo et affi-
ciendo tunc dn̄t ipſi ꝙ veritas erit magis in ipſo intelle-
ctu q̄ vnumquodqz magis ſit in termio ad ꝙ ꝙ̃ in termio a
quo et veritas cāet̄ ex motu nō ad animam in cognoſcen
do et intelligēdo.et hoc voluit philoſophus in 6°.meth.
cum dicit ꝙ bonū et malum ſunt in rebus.verum et fal
ſuz ſunt in anima. ¶ Sine dubio iſti vero bene dn̄t quo
niam cum vnūquodqz ſit incomplete in ſuo termio a quo
ſm pōem earum ſequeretur ꝙ veritas eſſet incomplete
in ipſa re ꝙ̃ et in cōpletius haberet eſſe apud ipſum intel
lectū et hoc non eſt verū.Simile enim eſt de veritate et
ſanitate ſicut enim nō diceremus et bene eſſe ſanuz quia
incomplete eſſet ſubiectū ſanitatis et al̄ eſſet completius
ſbm ſanitatis ſed dn̄is et bene eſſe ſanum q̄ cibus efficit
ſanitatem. Sic non dn̄is res eſſe nās quia īcomplete ſint
ſbm ueritatis ſz q̄ efficiunt ueritatez. ¶ Et propter hoc
aliter eſt dōz ꝙ cum ueritas ſit adeq̄tio ſicut dicit Auicē.
duplex eſt autē iſta adequatio. vna eſt adequatio rei ad
ſua principia et talis adequatio ad ſua principia eſt in re-
bus ipſis et res ipſe ſūt ſbm talis adequatōis ideo quā-
to aliqua res magis adequatur ſuis ꝑncipijs tanto ma-
gis eſt illud ſicut illa caro vl̄ que magis ad hoc qua circa
principijs carnis.magis eſt caro et que magis participat
rationem carnis. ¶ Eſt autē alia adequatio que eſt intel-
lectus ad res ipſas et iſta adequatio eſt rl̄o quedā. Nūc
autem ita eſt ſicut dicit philoſophus in 5°. huius ꝙ rl̄o
quedam eſt que ponit aliquid reale in vtroqz extremo ſi
cut dupluz ꝙ ponit aliquid reale in utroqz extremo.Eſt
autem aª relatio que ponit aliquid reale in uno extremo
tm̄ et non ponit aliquid reale in altero niſi ſm rationem
ſicut ſciētia dicitur correlatiui ad ſcibile ſz hoc non eſt ꝙ
ponat relatio aliquid reale in ipſo ſcibili ſed ex hoc dicit̄
ſcibile relatiue ad ſcientiā q̄ non poteſt intellectus intel-
ligere ſcientiā niſi intelligat illud ad ꝙ dependet ſcientia
et hoc eſt ſcibile ipſuz. Nam ſciētia preſupponit ſcibile et
dependet ad ipſum.ſcibile autez nō preſupponit ſcientiā
nec dependet ad ipſam ſcientiā niſi ſz modū intelligendi
⁊ ſicut eſt de iſta ſic ex iſta pz qm̄ adequatio iſta rl̄o q̄daz
ē ⁊ non adequatio eſt ſicut ē relatio ꝙ ponat aliqd reale
in vtroqz extremo ſicut in ipō intellectu cū ipis reb⁹:ſed
ipſa adequatio ē relatio que ponit aliqd reale in vno ex-
tremo ſicut in ipſo intellectu cū rebus ipſis nō ponit aliq
niſi ſm rōnem.vnde ſicut ſcibile nō dicit̄ relatiue ad ſciē
tiam:q̄ ipſa relatio ponat aliquid reale in ipſo ſcibili.ſed
ꝓꝓ h̄ dicitur ſcibile relatiue ad ſciam:q̄ non pōt intell9s
intelligere ſciam niſi intelligat ſcibile ad qō dependet:⁊
q̄ ſcia ſm rem dependet a ſcibili:ſcibile vero dependet
a ſcia ſm moduz intelligēdi:⁊ ideo ſcibile refert̄ ad ſciaz
q̄ ſcia refertur ad ipm ſcibile. Sic iſta adequatio nō po
nit aliquid reale niſi in ipſo intellectu:vnde iſta adeq̄tio
ſm rem eſt in ipſo intellectu ⁊ non eſt in ipſis reb⁹ niſi ſe
cūdū rōnem.ſ.ꝓꝓ h̄ qō ipſa adequatio dependet ex ipſis
rebus,nec dicunt̄ res adequari intellectui quia adeq̄tio
ſit aliquid in rebus ipſis ſicut ſcibile non dicitur relatiue
ad ſciam:q̄ rl̄o ſit aliquid realis in ſcibili.ſed q̄ ſcia dpē
det a ſcibili de adequatiōe eſt ſilr̄:res dicūt̄ adequari q̄
adequatio que eſt realit̄ in intellectu dependet ex rebus
⁊ ꝓpter h̄ cum veritas ſit adequatio vt dicit Auicen.⁊ iª
adequatio eſt in ipō intellectu realit̄ ſicut declaratum ē et
nō ē in rebus ipſis niſi ſm rōnem:dōm eſt ꝙ veritas eſt
tm̄ in intellectu ſm rem ⁊ non ē in rebus niſi ſm rōnem
⁊ ita pz ꝙ ſicut ſcibile dī relatiē nō per relationez que ſit
in ipſo ſed per relationem que ē in ſcia ⁊ cibus dī ſanus
non per ſanitatem que ſit in ipſo ſed per ſanitatem que ē
in aīali. Sic res non dicit̄ adequata adequatione que ſit
in ipſa ſed adequatiōe que eſt in ipō intellectu:dicit̄ etiā
res vera nō ꝓpter veritatem que ſit in ipā:ſed ꝓꝓ verita
tē que ē in ipſo intellectu ſiue in aīa. ¶ Ad rōnes pz ſo-
lutio per ea que dicta ſunt ⁊c̄.

¶ Queſtio Tertia.

q Queritur vtrū aliqua veritas ſit incō
plexa ⁊ videt̄ ꝙ non:dicit
enim phūs in 3° de aīa vbi diſtiguit oppōnes
intell̄s ꝙ intell̄s in prima oppōne ver⁹ neqz
falſus ſed reſpectus componēs eſt ſꝑ verus vel falſus er
go vr̄ velle phs ꝙ oīs veritas ſit complexa. ¶ P̄.dicit
phs in p° per yarmenias.qui dicit per ſe hō vel ꝑ ſe cur
rit neqz vex neqz falſuz dicit ergo ⁊c̄. ¶ P̄.pōnes nō ſe
parant̄ a ſbis ſz enūciatio eſt que p° eſt vera vel falſa vt
dicit phūs in primo per yarmenias ꝙ enunciatio vera
non omnis ſz in qua eſt vex vel falſum ergo cum veruz
ſit circa ipſaz enunciationē ⁊ vbi eſt enunciatio ibi eſt cō
poſitio ⁊ quedaz cōplexio videt̄ ergo ꝙ omnis veritas
ſit complexa. ¶ Ad oppoſituz eſt phūs in 3°. de anima
vbi cōparat intellectū ad ſenſum dicit enim ibi phūs ꝙ
ſenſus nūq̄ decipitur circa propriū obm ſed eſt ſemper
verus circa propriū ſenſibile.ſit intellectus circa quiddi
tatem rei que eſt ꝓprium obm eius nunq̄ decipit̄ ſz ſꝑ
verus ⁊ ſic pz manifeſte ꝙ eſt quedā veritas incōplexa
que ꝯſiſtit circa ſimplicem opationem intellectus.

Ad iſtam qōnem poſſumus dr̄e ꝙ accipiendo
veritatē in ſe ⁊ abſ̄te non per cōpa-
rationez ad ea circa que hz eſſe oīs veritas eſt incōplexa
Nam ⁊ lz veritas cauſet̄ in intellectu ex cōpoſitione vel
diuiſione veritatis tn̄ non eſt cōpoſitio neqz diuiſio ſed
eſt qualitas quedā ſimpliciter generata in aīa ex compo
ſitione vel diuiſione ipſius ītellectus ⁊ eſt habitus quidā
exn̄s realiter apud intellectū ſz ſi ſic dn̄is ꝙ credo eē bn̄
dcm̄ tunc inſurgit dubio quoniā reale bene arguit inten
tio aᵉ ſicut ſpecies coloris exn̄s realiter in ipſo pariete bn̄
arguit in me° ſuam ſpēm intentionaliter. Sz vt vr̄ inten
tionaliter non pōt agere reale tunc enī ageret vltra ſuam
ſpeciem ⁊ hoc ꝯtingeret ſi veritas credētur ex compōne
intentionū apud aīam ⁊ hr̄et eſſe realiter apud aīaz ſicut
dictū eſt ⁊ ꝓꝓ hoc dō eſt ꝙ veritas non tm̄ cātur in aª ex
cōpoſitione ⁊ diuiſione intētionū vel ſimilitudinū apud
aīaz ſz ad hoc ꝯcurrit actio ītellect⁹ agētis ⁊ ītellect⁹ poſſi
bilis qui ſunt virtutes realr̄ exn̄tes in anīa ⁊ ꝓꝓ hoc eſt
ad cauſandū veritatem apud animā ex compoſitione vel
diuiſione intentionū cōcurrant actiones realium ſicut in-
tellectus agentis ⁊ poſſibilis non eſt incōueniēs veritatē
ſic cāri ſicut dictū eſt. Si aūt nos accipiamus veritatem

comparando eam ad ea circa que hꝫ eſſe tunc omnis ve
ritas eſt cõplexa quoniã veritas eſt circa cõpoſitionem
vel diuiſionẽ ⁊ ꝓpter hoc cõparando veritatẽ ad ea cir/
ca que hẽt eſſe.ſ.circa cõpoſitionẽ vel diuiſionẽ tunc oĩs
veritas eſt cõplexa loquẽdo de veritate ſicut loquimur
nec ſꝫ non dĩ veritas cõplexa qꝛ qdditas veritatis exñs
realiter apud aĩam ſit cõpoſita ĩmo ſicut dictuꝫ eſt prius
ipſa qdditas veritatis eſt ſimplex qualitas ⁊ ſimplex ha
bitus ſꝫ dicit̃ complexa pro tanto qꝛ ex cõpoſitione vel
diuiſione facta ab aĩa cãtur talis habitus qui dĩ veritas
in ipſa aĩa. ¶ Si autẽ nos accipiamus veritatẽ ſm pro/
prium modũ ſuum ad h̃ oĩs veritas eſt cõplexa quoniaꝫ
veritas eſt adequatio. Nunc ãt ita eſt ꝙ adequatio ⁊ in
adequatio ꝯueniũt proprie q̃ntitati ⁊ q̃ntũ aliquid appro
pinquat q̃ntitati tantũ appropinquat adeq̃tioni ⁊ in ade/
quationi ⁊ iõ cum veritas non ſit q̃nta nec recipiat̃ exñſe
quoniã intellect⁹: intellectus eſt ĩmaterialis ⁊ nõ q̃nt⁹ pꝫ
ꝙ ſi veritas dicat̃ adequatio hoc non eſt ad ſĩitudinem
q̃ntitatis ꝯtinue.ſꝫ hoc eſt ad ſĩitudinem q̃ntitatis diſcre
te quoniã veritas cãtur ex cõpoſitione vel diuiſione intẽ
tionũ apud aĩam ⁊ ſic accipiẽdo veritatem circa ea circa
que hẽt eſſe ⁊ accipiẽdo veritatẽ ſm moduꝫ ꝓprium pꝫ
ꝙ oĩs veritas eſt complexa. ¶ Si vero nos accipiam⁹
cõiter ꝓpoſitioni adequatione tũc cuꝫ ſit quedã adequa
tio rei ad ſua p̃nᵃ cum ẽt quedã adequatio ꝯformet nos
rebus ipſis ſicũt ſpẽs ĩtelligibiliter tunc non oẽs veritas
eſt cõplexa nec oĩs etiã veritas eſt incomplexa ĩmo que
dam erit cõplexa ⁊ quedã incõplexa ⁊ quedã erit in ĩpo
intellectu ⁊ quedã non veritas que ꝯſiſtit in adequatiõe
rei ad ſua p̃ncipia nihil aliud eſt q̃ꝫ entitas ipſius rei ⁊ ta
lis veritatis res ipſa ſb̃m eſt cũ vnumqδqꝫ ſit ſubiectuꝫ
ſue proprie entitatis.

Ad rõnes rñdendum eſt rõnes eniꝫ p̃cedunt
ſuis vijs nã ille rationes arguunt
de veritate que ꝯſiſtit circa cõpoſitioneꝫ vel diuiſionem
intentionum apud animam. ⁊c̃.

¶ Queſtio Quarta.

Queritur adhuc de veritate vtruꝫ.ſ.
veritas ⁊ ſcia differãt ⁊ vĩ
ꝙ non.quoniã dicit phũs in.10.meth.ꝙ nos
ſumus per ſciam mẽſura oĩum ſcibilium ſicut
per ſenſum mẽſura oĩum ſenſibilium.ſꝫ ſi per veritatem
quã hẽmus de ſcibilib⁹ ſumus mẽſura ſcibiliuꝫ vĩ ergo
veritas ꝙ ſit idẽ ſcia. ¶ P̃.dicit phũs in 3ᵒ de aĩa ꝙ ſcia
in actu ⁊ ſcitũ in actu ſunt idẽ ſꝫ ipſa veritas eſt ſcituꝫ in
actu quoniã vnuſqſqꝫ põt ſcire ſuam veritatẽ ergo veri/
tas ⁊ ſcia videtur eſſe idem.

Ad oppoſitũ arguit̃ dicit enim phũs 2ᵒ.
metha.ꝙ ſciarum ſpeculati
uaꝝ finis eſt veritas ſed nihil eſt idẽ ſuo fini quoniã finis
non eſt de natura ei⁹ cuius eſt finis gᵒ veritas ⁊ ſcia dĩnt.

ad aliam q̃onem rñdent aliqui. dδo ꝙ veritas ⁊ ſciẽ
tia ſunt idem ſm ſb̃m dĩnt tñ ſm rationẽ quoniaꝫ
ſcia dicit̃ ſm ꝙ per eam iudicamus veritas autẽ ſm ꝙ
per ipſam veritatẽ apprehẽdimus. ¶ Iſta ratio nõ valet
quoniã vtrũqꝫ ꝯuenit vtriqꝫ.quoniã ⁊ per veritatẽ iudi
camus ⁊ app̃hendimus cuius δclaratio eſt. De rõne.n.
veritatis eſt ꝙ ſit manifeſtã. vñ veꝝ eſt manifeſtatiuũ ſui
ipſius ſicut dicit phũs.cum ergo bñ iudicamus de his q̃
cognoſcimus ⁊ per veritatẽ cognoſcimus quoniã veruꝫ
eſt manifeſtatiuuꝫ ipſius pꝫ ꝙ per veritatẽ iudicamus ⁊
apprehẽdimus ⁊ per ſciaꝫ iudicamus ⁊ app̃hendimus
ẽt ideo nõ valet talis diſtinctio. ¶ Et ideo aliter eſt dδꝫ.
ſ.ꝙ ſcia differt a diſpoſitione ⁊ opiõe ⁊ intellectu ⁊ ſa/
pientia quoniã ſcia eſt habitus de difficili mobilis diſpõ
autẽ de facili mobilis ⁊ ꝓpter hoc differt ſciẽtia a diſpo/
ſitione differt ẽt ſcia ab opinione quoniã opinio eſt habi/
tus aliqñ verus aliqñ finis ſicut dicit̃ in 2ᵒ de aĩa ⁊ in fine
primi p̃ter.ſcia autẽ eſt habitus ſemꝑ verus.differt etiaꝫ
ſcia ab intellectu quoniã intellect⁹ eſt habitus principioꝝ
ſcia vero ꝯcluſionum. differt etiã a ſapia quoniã ſapiẽtia
eſt per altas cãs ſciẽtia per infimas cauſas. nunc ãt ita eſt
ꝙ ſi nos accipiamus ſciam ꝓprie ſm ꝙ eſt habitus con
cluſionũ ſemꝑ eſt verus et ſm ꝙ eſt etiã eoꝝ que ſunt ſꝑ
generata in aĩa per p̃ncipia tunc dico ꝙ veritas et ſcia nõ
ſunt idẽ quoniã veritas competit opinioni et ĩtellectui et
ſapiẽtie et cũ ſcia non eſt ꝓprie ĩtellect⁹ nec ſapientia nec
opinio.et iõ veritas et ſcia ſic accepta ꝓprie non ſunt idẽ.
¶ Si autẽ nos accipiamus ſciam ꝑ oĩ cognitione et que
ratur vtrũ veritas et ſciẽtia ſint idem aut differãt tunc di/
ſtinguo autẽ enim ſcia et veritas dĩnt ita ꝙ ſciẽtia ſit aliqd
aliud ꝙ non eſt veritas aut ſciẽtia et veritas differt ita ꝙ
ſcia ſit ad aliqd aliud qδ non eſt ipſa veritas. Si aũt q̃rat̃
vtruꝫ ſcia accepta pro oĩ cognitione differat a veritate ita
ꝙ ſcia eſt aliqd aliud ꝙ ipa eſt veritas dico ꝙ non dĩnt
ĩmo illud aliqd qδ eſt ẽt apud ĩtellectuꝫ illδ aliq̃d ẽ veri
tas apδ intellectuꝫ. ¶ Si ãt querat̃ vtruꝫ ſcia et veritas
dĩant ita qδ ſcia ſit ad aliq̃d qδ eẽ ad aliquid non cõpetat
ipſi veritati.tunc adhuc diſtinguo aut qꝛ ipa ſcia ſit ad ali
qd ad qδ non eſt ipſa veritas et ſic ſcia et veritas nõ dĩnt
quoniã ſicut ſcia dr̃ relatiue ad ſcibile ſic ꝑ veritatẽ ipſaꝫ
adequat̃ ipis reb⁹ et ipſis ſcibilib⁹ et iõ ſcia non dr̃ ad ali
qd ad qδ non dicat̃ ipſa veritas. ¶ Aut ſi tu q̃ras vtrum
ſcia et veritas dr̃ant ita ꝙ ſcia ſit ad aliqd ad ꝙ non ẽ ipſa
veritas eodemᵒ quo ẽ iſta ſcia tunc dico ꝙ ſcia et veritas
dr̃nt ſic.qm̃ et lꝫ ſcia dicat̃ ad aliqd ad ꝙ eſt ipſa veritas
tñ alioᵒ ad illud dr̃ ſcia et veritas.quoniã ſcia dicit̃ ſꝫ ꝙ
informat aĩaꝫ. veritas ãt ſm ꝙ per ipſaꝫ adequat̃ ſcibili
vñ non eſt eadẽ ratio formalis veritatis et ſciẽtie et ſic ap
paret quomodo ſciẽtia et ueritas ſunt idem et quõ non.

Et tũc ad rationes patet ſolutio.etcetera.

¶ Queſtio Quinta.

Queritur utrũ ueritas ĩcomplexa ſit
difficil̃ ad cognitionẽ et vr̃
ꝙ nõ.qm̃ illud ſine quo nõ poſſum⁹ aliqd co
gnoſcere illδ vr̃ eſſe facilis ad cognitiones.ſꝫ
ſine v̇o incõplexo non poſſum⁹ aliqd cognoſcere gᵒ ⁊c̃.
ꝓbatio ꝙ ſine v̇o incõplexo non poſſum⁹ aliqd cognoſcẽ
Si tu cognoſcis veꝝ aut illud veꝝ eſt complexuꝫ aut in
cõplexũ ſi ſit incomplexũ hõ ꝓpoſitũ.ſi complexuꝫ tunc
cũ veritas complexa non cognoſcat̃ niſi ꝑ veritates incõ
plexas.appꝫet ꝙ veritas ĩcõplexa eſt facilis ad cognoſcẽ
dũ. ¶ P̃.oĩs virt⁹ ꝑ ſe ⁊ directe fert̃ in ꝓpriuꝫ ob̃m gᵒ
intellect⁹ per ſe ⁊ directe fert̃ in ꝓpriũ ob̃m ꝙ eſt qddi
tas ſiue entitas rei ⁊ non decipit̃ circa ea ꝑ ſe. vñ ſi aliq̃
virtus decipiat̃ circa ꝓpriuꝫ obꝫ.hoc eſt ꝑ accñs inq̃ntũ
ſ.organũ eſt male diſpoſitũ ſic pꝫ de viſu.aliqñ ei iudicat
viſus albũ eẽ nigrũ ⁊ tunc organũ infirmat̃ ⁊ non eſt bñ
diſpoſitũ tũc ergo ĩtellect⁹ ſit in mãlis ⁊ non hẽat organũ
cõrale ſicut probat̃ 3ᵒ de aĩa appꝫet ꝙ ĩtellect⁹ nec per ſe
nec ꝑ accñs p̃t errare circa ꝓpriã quidditatẽ rei ſiue cir
ca ꝓpriã veritatẽ. Nã veritas incõplexa nihil aliud eſt
q̃ꝫ entitas rei. Si ergo aliqd eſt difficilis qꝛ in ipſo p̃t eẽ
error ⁊ deceptio ⁊ ĩtellect⁹ non p̃t nec per ſe nec ꝑ accñs
decipi circa virtutẽ incomplexã ſiue quidditatẽ vĩ ꝙ ve
ritas ĩcomplexa non difficilis ad cognoſcẽdũ. ¶ P̃.illδ
non eſt difficilis ꝙ facimus qñ uolum⁹ ſꝫ nos ĩtelligim⁹
qñ uolumus cui⁹ ꝓbõ eſt. dicit eĩ phs in 2ᵒ de aĩa ꝙ nos
imaginamur non tñ opinamur qñ uolumus gᵒ ſi imagi/
namur qñ uolumus pꝫ ꝙ ĩtelligim⁹ qñ uolum⁹. ¶ Ad
opᵐ eſt Ariſt.in pᵒ de aĩa ꝙ ĩtellectus aut eſt fantaſmata
aut nõ eſt ſine fantaſmate.ita ꝙ ĩtelligere veꝝ eſt ſine fan
taſia.cũ ergo multe veritates ſint incomplexe que fantaſ
mata non hñt pꝫ ꝙ veritas incomplexa eſt difficilis.

ad iſtam q̃onem poſſum⁹ dĩe ꝙ veritas ꝯſiſtit ĩ
quadam adeq̃tione ita ꝙ veritas ĩcõ/
pleta ẽ in q̃dã adeq̃tione rei.ad ſua p̃nᵃ. Nũc ãt duplex
eſt adeq̃tio rei ad ſua prinᵃ ⁊ in tali adeq̃tione ꝯſiſtit ve/
ritas incõplexa que nihil aliud eſt q̃ꝫ entitas rei ⁊ ex tali
entitate ſiue qdditate reſultat in ĩtellectu ſpẽs ſiue quedã
ſĩitudo ipſius rei que qdẽ ſpẽs vnoᵒ dĩ veritas ſm ꝙ ꝑ
ipſam ſpẽm ꝯformamur ipſis reb⁹ tũc dico ꝙ ĩ cognitõe
vtriuſqꝫ veritatis incõplexe ꝯſiſtit difficultas. Qδ auteꝫ
veritas que eſt entitas rei ſit difficilis ad cognoſcẽdũ hoc

poſſumus perpendere ex tribus primo ex parte ipſius
adequationis 2º ex pte poº cognoſcētis ipſam veritatē ⁊
tertio ex pte cāꝝ quibus deuenimus in cognitionē veri/
tatis. pº ſit ex parte adequatiōis. veritas. n. ꝯſiſtit in qua
dam adequatione rei ad ſua p̄nª ſ; non pōt res cognoſci
ſeu adeq̄ri ſuis p̄ncipijs niſi cognoſcātur ſua prinª. Sicut
n. non pōt aliquis cognoſcere diuerſitatē ſeu dr̄iam inter
aliqua duo niſi illa duo cognoſcat ſic nō p̄t aliqs cognoſ
cere adequationē inter rē ⁊ ſua prinª niſi prinª cognoſcat.
Nunc autē ita eſt ꝙ difficile eſt cognoſcere prinª rei q̄ꝫtū
prinª que ſunt diffinitiua ipſius rei ⁊ poſteriꝰ nota ſunt.
vñ dicit phūs in prinº libri phiſicoꝝ ꝙ nō h̄ ſubſtinuit pº
ad rōnem: diffinitionis ſ̄m id ꝙ ſignificatꝰ illo nomine
notius eſt prinª etiā difficilia ſunt ad cognoſcendū. Oīs
eniꝫ nr̄a cognitio incipit a ſenſu ſ; ſenſus nō cognoſcit niſi
accn̄a. vñ prinª auri nō cognoſcimus per ſenſum: ſed tn̄
aliqua accn̄a ſicut q: multū ponderat ⁊ ꝙ eſt rubeū. cuꝫ
ergo prinª rei trāſcendant cognitionē ſenſitiuaꝫ ⁊ a ſenſu
incipit nr̄a cognitio pꝫ ꝙ p̄nª rei ſunt difficilis cognitio/
nis tūc q: poſterius nota ſunt tū q: trāſcēdunt cognitionē
ſenſus a quo incipit nr̄a cognitio. ¶ Scd̄o ēt pꝫ illud idē
ex parte poº cognoſcētis veritatē. Intellectus enim ſb̄aꝝ
ſeparataꝝ per ſe ⁊ directe feruntꝰ in quidditates ipſas ⁊
nullo mō decipiuntꝰ. Intellectus aūt humanus per ſe ⁊
directe nō fertur in ſuū propriū obm̄ ſed depēdet ex fan
taſmata ex qua āmiſcetꝰ intellectui aliqua finitas ⁊ ꝓpter
h̄ cognitio veritatis difficilis eſt nobis. ¶ Q̄ď āt veritas
ſit difficilis ex cauſis q̄bus deuenimus in cognitionē ve/
ritatis h̄ pꝫ. In re eī ſunt multe cāe ⁊ multa ſunt in re de
quibus ignorantꝰ que illarū ſit cauſa illius rei ⁊ ēt q: illiꝰ
rei ſunt multe cauſe. ſicut d̄s ⁊ ſb̄e ſepate que totaliter ex
cellunt ſenſum nr̄m ⁊ nr̄m intellectū. ⁊ ex hijs tribus pꝫ
ꝙ veritas in cōplexa ſit difficilis.

Ad rōnes ad primā cuꝫ tu dicis illud ⁊c̄. di
co ꝙ veritas in cōplete cognoſcitꝰ
faciliter: ſ; tn̄ difficile eſt eam cognoſcere cōplete ⁊ h̄ bn̄
ꝯcludunt rōnes que dicte ſunt. ſ. ꝙ veritas difficilis eſt
vt cognoſcatꝰ cōplete ⁊ iō cum tu dicis illud ſine quo nō
poſſumus aliq̄d cognoſcere facilis cognitiōis eſt. veꝝ eſt
ſi debeat cognoſci in cōplete. Si aūt debeat cognoſci cō/
plete. nō eſt veꝝ. vñ per hoc ꝙ aliq̄d cognoſcatur in cō/
plete bn̄ pōt per ip̄m alia cognoſcere. ¶ Et tūc ad aliud
tu dicis ītellectus nec per ſe nec per accn̄s pōt errare dº
ꝙ per ſe nō pōt. per accn̄s tn̄ bene p̄t l; non h̄eat organuꝫ
q: ei ex veritate māli. ſ. ex fantaſmata depēdeat ītellectꝰ
ex ꝯª parte pōt ꝯtingere error intellectui ꝑꝑ h̄ ⁊c̄. ¶ Ad
aliud tu dicis ītelligimus qn̄ volumus veꝝ eſt ꝙ poſtq̄ꝫ
nos h̄ēmꝰ ſp̄ēs in memoria intelligimꝰ qn̄ volumus ſ; h̄
